

NvK an Simon von Wehlen. Sobald Kaspar (von Oberweinper) aus Salzburg zurückgekehrt sei, solle dieser die Burg Bruneck (von Bartholomäus von Liechtenberg) übernehmen und sie dann dem päpstlichen Kommissar übergeben. Falls dieser nicht eintreffe, solle Bruneck eber niedergebrannt als Hz. Sigismund ausgeliefert werden. Mit Burg Neurasen solle ähnlich verfahren werden.

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, *StB, Cod. Cus. 221 p. 142f.* Über dem Text: Magistro Simoni per Jacobum die 3^a septembris.

Erw.: Jäger, *Streit II 121.*

Salutem. Miror, quod tociens scripsi de castro Brunecka et eius custodia et nichil factum video. Jacobum¹⁾ non aliter intelligo quam quod capitaneus²⁾ vult a me absolvi et servire capitulo aut dimittere castrum. Et ideo sibi scripsi, prout in copia.³⁾ Nam spero, quod iuramentum servabit et ad manus vel commissarii pape vel meas resignabit. Unde est mea intencio, quod inmediate, si Caspar⁴⁾ rediit de Salczburga, ipsum Casparem mittatis cum littera vestra ad recipiendum resignacionem castrum. Et detis sibi tot familiares, quot sufficiunt pro custodia. Et veniente domino Bernharde⁵⁾ aut alio mittendo per dominum Salczpurgensem, assignetur ei castrum tamquam commissario pape. Si nullus venerit, teneant ipsi castrum, quamdiu videbitur, quod tenere possint. 55 Et demum, antequam duci Sigismundo tradatur, pocius comburatur. Et ordinetis, quanto melius poteritis, quod omnia nostra eportentur, maxime pecunie.⁶⁾

Magister Michael⁷⁾ michi scripsit, quomodo mittere vellent legacionem ad me. Nacta occasione rescribo et mitto sibi omnes copias bullarum, ut ponderent, an expediat mittere et sciant, quid sit de mente pape, et de revocatione cure animarum. Et ita per 60 indirectum insinuabuntur eis omnia. Illam litteram per viam ville de Buchenstein mittatis eidem. Consangw(in)eus Laurencii doctoris⁸⁾ stabit in carceribus, quousque Henricus⁹⁾ liberabitur, pro cuius liberatione socius eiusdem iam ivit. Alia nunc non occurrunt. Facite possibilem diligenciam, quod continencia bullarum veniat in noticiam omnium et quod castrum Brunecke aut manu forti teneatur aut, si aliter fieri nequit, 65 pocius comburatur quam ad manus olim ducis perveniat. Similiter de Reysen¹⁰⁾ fiat, quod si Caspar non venit et Brack¹¹⁾ fuerit, illum mittatis aut alium fidelem. Et sitis seriosissimus in hoc, quia postquam capitaneus¹²⁾ incepit cespitare, omnis mora est periculosissima. Ex Senis prima septembris 1460.

N. cardinalis sancti Petri.

58 copias: *folgt gestr.* littera.

¹⁾ Jakob, ein Diener des Bartholomäus von Liechtenstein; s.u. Nr. 6324 Z. 1.

²⁾ Bartholomäus von Liechtenstein, Hauptmann zu Bruneck.

³⁾ S.u. Nr. 6324.

⁴⁾ Kaspar von Oberweinper. Er war als Gesandter des NvK zum Eb. von Salzburg geschickt worden; s.o. Nr. 6293 Anm. 2.

⁵⁾ Bernhard von Kraiburg, Salzburger Kanzler. Er sollte die Administration des Bistums Brixen übernehmen. S.o. Nr. 6288f.

⁶⁾ Dies hatte Simon von Wehlen soeben getan; s.o. Nr. 6320.

7) *Michael von Natz, Propst des Marienstifts im Kreuzgang zu Brixen. Sein Brief ist nicht erhalten. Vgl. die Antwort des NvKNr. 6322.*

8) *Er scheint nicht namentlich bekannt. Vgl. bereits oben Nr. 6307 Z. 25f.*

9) *Heinrich Walpod, Familiar des NvK.*

10) *Die zum Hochstift gebörende Burg Neurasen. Pfleger war zuletzt Kaspar Rasner. Er löste am 8. Mai 1459 Leonbard Retzer ab; Notiz (gleichzeitig): Brixen, DA, HA 5760 f. 12^v. Zu Leonbard Retzer s. AC II 7, 209f s.v.*

11) *Gabriel Prack, ehemaliger Hauptmann zu Buchenstein.*

12) *Bartholomäus von Liechtenstein, Hauptmann von Bruneck.*